UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Sacramentum

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

…m quem ignorabant: atq; id quod putabatur eſſe excuſatio, …ſio. *ibid.*

…gente popu'o, vnuſquiſq; pro ſuo merito remuneratur, …utem pro bonis omnium habebit cum pro propriis lau… acquiſitione a iorum aureolam. *Chryſ. in Matth.* 25.

…magna confuſio ſacerdotum, & omnium clericorum, quan… …enuntur eis fideliores & iuſtiores. Quomodo non ſit …o eſſe inferiores laicis, quos ęquales eſſe contuſio eſt. *idem in*

…s eſt propter bonos etiam malos fouere: quapropter ma… …n bonos contemnere, propter bonos ergo ſacerdotes etiam …honora, ne propter malos etiam bonos contemnas. Melius …n malis iniuſta præſtare, quam bonis ſubtrahere. *ibid.*

…rdotes pro populorum iniquitate damnantur, ſi eos aut i… …tes non erudiunt, aut peccantes non arguunt. Sicut enim …rem conuenit argui, ita iuſtum non exulcerari. *Iſid. lib. 3. de*

…nſidera diligenter vultum pecoris tui. Vultum pecoris conſi… …quid ſinguli ſubiectorum poſſint, non ignorat: cui per …onem corda, per circumſpectionem opera, per experimen… …quid poſſint, per affectus quid velint, ratio manifeſtat, & vocem, …eam audiunt. Tres ſunt paſtoris voces, ſcilicet ſuauis, dul… …Suauis ad infirmum, ad morientem dulcis, ad ſurdum per… …da. *Hugo. de clauſt. anim. l. 2.*

¶ Poetarvm Dicta.

Ouid. 1. Pont. 1.

*Vaticinor, moneoque, locum date ſacra ferentis*
*Non mihi ſed magno poſcitur ille Deo, &c.*
*Talia cæleſtes fieri præconia gaudent,*
*Vt ſua quid valeant numina, teſte probent.*

Plaut Rud.

*Quis homo eſt tanta confidentia,*
*Qui ſacerdotem audeat violare?*
*At malo cum magno ſuo hercle fecit.*

Tibul. 2. 1.

*Vos quoq; abeſſe procul iubeo, diſcedite ab aris,*
*Queis tulit heſterna gaudia nocte Venus.*
*Caſta placent Superis, pura cum veſte venite,*
*Et manibus puris ſumite fontis aquam,*

Stat. 3. Sil. 3.

*Procul hinc, procul ite nocentes:*
*Sicut corde nefas tacitum, feſſique ſenectus*
*Longa patris, ſi quis pulſatæ conſcius vnquam*
*Matris: & inferna rigidum timet Æacon vrna,*
*Inſontes, caſtoſque voco.*

¶ Similitvdines.

*D. Chryſoſtomi.* Sacerdotes prælati ſunt in populo, ſicut ſtoma… …in corpore hominis. Si ſtomachus dolet, corpus ægrotat, &c. …36. *in Matth.*

…us in vallibus fit obſcuritas, die declinante ad occaſum. …ndo ergo colles videtis obſcurari, quis dubitat, quin iam nox …primum in ſecularibus & laicis Chriſtianis incipit præualere …itas peccatorum. Nunc autem quando iam vides, quod ſacer… …s poſitos in ſummo vertice ſpiritualium dignitatum, qui mon… …colles dicuntur, apprehenderit iniquitas tenebroſa, quomodo …tur quia finis eſt mundi. *inca. 20. Matth.*

*…ut qui ſutoriam,* aut quamcunq; aliam profitetur artem, etſi …aliter non ſpondeat, tamen per hoc ipſum quod ſutoriam pro… …s eſt artem, & opificium vel magiſterium artis eius aperuit, vi… …tacite omnibus ſpopondiſſe, vt ſine reprehenſione impleat, …m profeſſus eſt artem: Sic ſacerdos, & omnis clericus, etſi ſpecia… …non promittat, tamen per hoc ipſum, quod doctor conſtitui… …orum, ſtatim promittere Deo videtur in omnibus obauditu… …ſe Deo. *inca. 21. Matth.* 40.

*Sicut caput* dignius eſt quam membra, quum nec membra ſine …e, nec caput ſine membris eſſe poteſt: Sic digniores ſacerdotes …m populus, non tamen vtiliores: quia nec populus ſine ſacer… …ibus, nec ſacerdotes ſine populis eſſe poſſunt. *In 22. Matt.* …42.

Si pars aliqua domus fuerit deciſa, cum labore tamen poſſibile …vt reparetur: ſi autem ipſum fundamentum fuerit conquaſſa… …, quid faciat paterfamilias, niſi in aliquo loco noua faciat fun… …menta, & lapides de priori domo tranſuectans aliam ſibi ædifi… …domum? Sic & in ſpiritualibus, ſiquidem populares peccauerint, …per pœnitentiam corriguntur: ſi autem diſſipatum fuerit ipſum ſa… …dotium, quod eſt populi fundamentum, quid faciat Deus? *in 24.* …47.

*Si paterfamilias* ſuper poſſeſſionem ſuam villicum ponit, vt non …m ſingulis colonis habeat cauſam ſed de ſolo villico omnium …at rationem: ſi ergo inter colonos aliqua indiſciplinatio fuerit …a, vnuſquiſq; pro ſuo delicto reus efficitur, villicus autem pro o-mnium delictis, & ſi bene reditum ſuum reddiderint, vnuſquiſque quidem pro ſua fide laudatur, villicus autem pro fide omnium remuneratur: Sic & Deus in populo ideo ordinat ſacerdotes, vt actuū eorum ipſi diſcutiant rationem. Ideoq; peccante populo, vnuſquiſq; quidem pro ſuo malo punitur, ſacerdotes autem pro peccatis omnium & bene agente populo, vnuſquiſq; quidem pro ſuo bono remuneratur, ſacerdos autem pro bonis omnium. *In Matth. 27. hom.* 50.

*Alterum mandatum* Dei ſine altero non poteſt, vt puta ſi interroget quis in ædificationem domorum, quæ pars melior, dicis fundamentum. Sed ſicut ædificatio non poteſt, eſſe, niſi fuerit fundamentum: Ita nec fundamentum eſſe poteſt niſi ædificatio fuerit ſubſecuta. Sic ergo fundamentum dignius eſt ædificatione, non vtilius. Sicut caput dignius quam membra, tamen nec membra ſine capite, nec caput ſine membris: Sic digniores ſacerdotes quam populus. *Hom. 37. epiſt. ad Hebr.*

*Procli*: Quemadmodum amatores ab ipſa pulchritudine, quæ circa ſenſum apparet, ad diuinam paulatim pulchritudinem ratione progrediuntur: Sic & Sacerdotes antiqui, cum conſiderarent in rebus naturalibus cognationem quandam compaſſionemq; aliorū ad alia, & manifeſtorum ad vires occultas, & omnia in omnibus inuenirent, ſacram eorum ſcientiam condiderunt, agnouerunt enim & in infimis ſuprema, & in ſupremis infima: in cœlo quidem terrena ſecundum cauſam, modoq; cœleſti: in terra vero cœleſtia, ſed modo terreno. *De ſacri & magia.*

*Iamblici*: Sicut natura ex occultis rationibus manifeſta facit: Ita ſacerdos adhibet manifeſta, vt occulta ſignificet: Sacerdos operatur ſæpe multa quibus aliquid ſimile propriumque diuinis efficiat, qua quidem cognatione aliquid diuinitus attrahat. Interea operatur & multa per quæ purificet animam, ac mala nobis auertat. *De myſteriis.*

*Ignatii*: Nemo potior eſt Deo, neq; ſimilis ei: neq; Epiſcopo honorabilior in Eccleſia ſacerdotium Deo gerenti pro mundi ſalute: neque regi ſimilis qui eſt in exercitu, pacem, & beneuolentiam omnibus principibus cogitanti. Qui enim honorat Epiſcopum, honorabitur a Deo: & qui inhonorauerit eum, à Deo inhonorabitur. Si enim quis cōtra regē inſurgēs, dānatione dignus eſt: quomodo vltionē euadere poterit, qui præter Epiſcopū aliquid egerit? Sacerdotium enim eſt ſumma omnium bonorum, quæ in hominibus conſiſtunt, quod ſi quis in honorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Ieſum Chriſtum, primogenitum totius creaturæ, & ſolum natura principem ſacerdotem Dei. *in ep. ad Smyrnenſes.*

*D. Auguſtini.* Si ſuperbus fuerit miniſter, cum diabolo computatur: ſed non contaminatur donum Chriſti, quod per illum fluit, purum eſt: quod per illum tranſit, liquidum eſt, venit ad fertilem terram puta quia ipſe lapideus eſt, quia ex aqua fructum ferre non poteſt: per lapideum canalem tranſit aqua ad areolas: in canali lapideo nihil gerans, ſed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus ſacramenti ita eſt, vt lux & ab illuminandis pura excipitur, ſi per immundos tranſeat, non inquinatur. *In Ioan. tract. 5.*

¶ Exempla Biblica.

Sacerdotum benedictionis *Exempla.* Heli, 1. *Sam* 2. *v.* 10. Sacerdotum Regis Ezechiæ, 2. *Paral.* 30. *v.* 27.

¶ Hieroglyphicvm.

Erat amiculi ſiue redimiculi ſpecies, cui nomen *Tutulo* prius mox *Titulo* fecerunt: ornamentum quippe capitis in ſublime ſurgens purpurea vitra redimitum, inſtar *Coni* galeriue roſarum *eo Sacerdotem* hieroglyphice ſignificabant. Quin & vxores & miniſtræ Flaminis, eo erant ſtamine inſignes. *Pier. Val. lib. 41. p. 938. F.*

*Vide Clericus, Miniſter,* Paſtor.

# Sacramentum.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

SAcramentum à ſacrum venit, quod Græce *ἱερὸν, ȣ̃, τὸ*, dicitur, Eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma. *ſec. Aug.*

Sacramentum eſt materiale elementum, extrinſecus oculis ſuppoſitum, ex inſtitutione figurans, & ſimilitudinem repræſentans, ex ſanctificatione aliquam gratiam inuiſibilem conferens. *ſecund. Hug. de ſacram. l. 6. par. 9. 1. 2.*

Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum, in quo ſub tegmento viſibilium, diuina virtus ſalutem ſecretius operatur.

Sacramentum etiam eſt, quod iuſiurandi ſacratione interpoſita geritur, vnde ſacramentum militare dicitur,

## ¶ Loci Biblici.

Sacramentum Græcis *μυστήρια*, dicta, à ſolis Eccleſiæ paſtoribus & ſeruis adminiſtranda, *Matth.*28.19.1.*Cor.*4.1. à Chriſto ſeparata, quid valeant, *Hebr.*9.*v.*10. Sacramenta & alia externa in Eccleſia piis & impiis communia, 1.*Cor.*11.*v.*27.29.*Exempla*: Abraham & domeſtici, *Gen.*17.23.Sichem & Hemor,34.24. Abſalom: Achitophel, & populus, 2.*Sam.*15.12. Iudas, *Luc.* 22.*v.*21. Simon, *Act.* 8.13. Sacramenta vetera typi fuerunt nouorum, 1.*Cor.*10.6.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Ab ipſa Dei ſapientia homine aſſumpto, à quo in libertatē vocati ſumus, pauca ſacramenta ſaluberrima conſtituta ſunt, quæ ſocietatem Chriſtiani populi, hoc eſt ſub vno Deo liberæ multitudinis continerent, ſed quidam ipſam religionem noſtram, quamq; manifeſtiſſimis celebrationum ſacramentis Dei miſericordia nolunt eſſe liberam, ſeruilibus premunt oneribus. *Aug. in l. de vera relig.*

Accedit verbum ad elementum & fit ſacramentum etiam ipſum tanquam viſibile verbum. *idem tract.*80.*in Ioan.*

Neque in homine bono aliquis Dei ſacramenta fugiat, neque in homine malo, *Auguſtin. contra Petil. & hab.*1.*qu.*1.*c. Neque in homine,*

Omnia ſacramenta obſunt indigne tractantibus: proſunt tamen per eos digne ſumentibus, ſicut & verbum Dei. Vnde dictum eſt: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. *idem contra epiſt. Parmeniani, & hab. ibidem can. Omnia ſacramenta.*

Multi ſæcularium hominum cum plus ſacerdotis vitam quam ſuam diſcutiunt in magnum contemptionis diuinorum ſacramentorum crimen incurrunt. Magna enim trabe habentes vulneratos oculos, eamque negligentes, feſtucam tenuem in aliorum conſpiciunt oculis: quam dum incaute feſtinant euellere, erroris in foueam delabuntur: minus quidem conſiderantes, quod non eos ſacerdotum vita læderet, ſi ipſi humiliter bonis ſacerdotum admonitionibus aures accommodarent. Sed dum hypocritarum more, plus illorum famam, quam propriam vitam, vel vitæ negligentiam diiudicant, ſpernunt ſancta monita & ſpiritualia dona. Vnde fit, vt non ſolum ab eis dicta reſpuant ſed (quod eſt deterius) diuina etiam myſteria contemnant, vt, nec corporis communionem, nec ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti eorum miniſterio confectam aſſumant, putantes hanc minus eſſe ſanctificatam, ſi illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu! in quam magnum laqueum incidunt, vt diuina & occulta myſteria plus ab aliis ſanctificata poſſe fieri credant: cum vnus idemq; ſpiritus ſanctus in Eccleſia diffuſa per totum orbem terrarum incomprehenſibiliter ea myſteria occulte atque inuiſibiliter & operando ſanctificet, & benedicendo benedicat Myſterium itaq; fratres ob hoc dicitur, quod ſecretam & reconditam habet diſpenſationem, Sacrificium autem, quaſi ſacrum factum, quia prece myſtica conſecratur pro nobis, in memoriam dominicæ paſſionis. Sacramentum vero eſt in memoriam dominicæ paſſionis. Sacramentum vero eſt in aliqua celebratione, cum res geſta ita ſit, vt aliquid ſanctificate acipiamus, quod ſancte accipiendum eſt. Sunt autem ſacramenta baptiſma, corpus & ſanguis Chriſti: quæ ob id ſacramenta dicuntur, quia ſub tegmento corporalium rerum diuina virtus ſecretius ſalutem eorundem ſacramentorum operatur, vnde à ſecretis virtutibus vel ſacris, ſacramenta dicuntur, quæ ideo fructuoſe penes eccleſiam fiunt, quia ſanctus in ea manens ſpiritus, ſacramentorum latenter operatur effectum *Greg. & hab.*1.*q.*1.*Multi ſecularium.*

Non nocet malitia epiſcopi neque ad baptiſmum infantis neque ad eccleſiæ conſecrationem: quia baptiſma à Deo datur, non ab homine venit. Sic & euchariſtia, & omnia quæ in altari ponuntur, nō ab homine, ſed à Deo ſanctificationem accipiunt. *idem & hab.*1. *q.*1. *Non nocet.*

## ¶ Similitudines.

*Diui Chryſoſtomi.* Sicut ſi canibus dederis ſanctum, aut porcis margaritas, nec ſanctum canes ſanctificat, nec margarithæ nutriunt porcos: ſed è contra canes coinquinant ſanctum & porci margaritas ſordidant, vel confringunt: Sic ſi hominibus caninos vel porcinos mores habentibus, ſanctum illos ſanctificat, nec myſteria veritatis illos illuminant: ſed econtra ipſi ſanctum coinquinant, & myſteria veritatis blaſphemant. *In capit.* 7. *Matth. Homil.* 17.

*Sicut cibus* naturaliter nutritorius eſt extans, ſi in eum qui prauis cibis corruptus eſt, incidat, omnia perdit, & corrumpit, efficitur occaſio morbi: Sic etiam iſta quæ ad hæc terribilia pertinent ſacramenta. *Hom.*17.*ad Hebr.*

*Sicut cibus* corporalis cum ventrem inuerit aduerſis humoribus occupatum, & amplius lædit, magis nocet & nullum præſtat auxilium: Ita & iſte ſpiritualis cibus, ſi aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet, non ſua natura, ſed accipientis vitio. *Homil.*31.*in epiſt. ad Hebr.*

*Quemadmodum* vox illa qua dictum eſt, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, ſemel quidem dicta eſt, ſemper autem [illegible] peri naturæ noſtræ vim præbens ad generandum: Ita hæc quoque (Hoc eſt corpus meum) ſemel dicta in ſingulis aris ex eo tempore vſq; in præſentem diem, & vſque ad Chriſti aduentum, hoc ſacramentum integre perficit. *Homil. de prodit. tradit.*

*Cyrilli.* Sicut ſi quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, [illegible] teram cum altera per totum commiſceat neceſſe eſt: Ita ſi quis carnem & ſanguinem Domini recepit, cum ipſo ita coniungitur, vt Chriſtus in ipſo & ipſe in Chriſto inueniatur. *Libr.*4.*capit.*17. *in Ioan.*

*Si mel* quum naturaliter dulce ſit, ea dulcia facit quibus [illegible] ſcetur: Nonne ſtultum erit, viuificam verbi naturam putare non [illegible] diſſe homini in quo habitat, viuificandi virtutem? *In Ioan. lib.* [illegible] *pit.*39.

*Vt panis* hic terreſtris facit, imbecillitatem carnis noſtræ [illegible] nens atque conſeruans: Ita & ipſe per Spiritum ſanctum, [illegible] noſtrum viuificat, & corpus ipſum à corruptione liberat. *In Ioan.* 3 *c.*39.

*Ambroſii.* Singuli accipiunt Chriſtum Dominum, & in ſingulis portionibus totus eſt: nec per ſingulas minuitur, ſed integrum ſe præbet in ſingulis. Sed quomodo impoſſibile videatur, vt caro [illegible] Dei, quæ multo ſpiritualior & potentior eſt verbo noſtro, [illegible] integra in ore omnium ſumentium, cum verbum noſtrum [illegible] que totum & integrum, ſit in auribus omnium audientium? [illegible] enim euidentius Chriſtus in ſeipſo manifeſtans, in cœna corpus [illegible] ſanguinem ſuum diſcipulis ſuis diſtribuit, & cum ipſe à [illegible] ſumptus comederetur & biberetur in ſacramento, ipſe tamen [illegible] & integer manſit in ſeipſo. Sed quid mirum, ſi Chriſtus comeditur & integer manet: cum Sarepthana vidua non minus oleum [illegible] derit, quia teſtante ſacra hiſtoria, lechythus olei non [illegible] cum eadem ſcriptura dicat: Abiit, & fecit iuxta verbum [illegible] comedit ipſa & domus eius. *Dominic.*5.*poſt. Epiph.*

*Auguſtini.* Qui ea quæ non intelligunt, reprehendunt [illegible] pram, vel ſcabiem, vel verrucas legis eſſe dicunt, promiſſionesque [illegible] ſacramentorum, ſimiles ſunt hominibus, quibus diſplicent [illegible] rum non capiunt vtilitatem: velut ſi ſurdus, videns mouentes [illegible] quentium, tanquam ſuperfluos oris motus, deformesque [illegible] henderet: vel ſi quiſquam cæcus, laudata ſibi aliqua domo, [illegible] palpando probare quod dicitur, & parietum leuitatem [illegible] pertractans, in feneſtras corrueret, eaſque velut incenuentem [illegible] æqualitati redargueret, cauernaſque ruinoſas putaret. *Lib.* [illegible] *Fauſt.*, *c.*6.

*Non polluunt* mali bonos, in eodem agro, in eadem [illegible] dem paſcuis, in eiſdem retibus conſtituti: quia non eis communicant boni, ſed altari ſacramentis Dei. Communicant [illegible] lis, qui conſentiunt factis malorum. Scriptum eſt enim, [illegible] lum qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus. *cont. Iudic.* *c.*5.

*Cum eadem luce* & ſani oculi perfunduntur & ſaucii [illegible] mentum eſt, illis tormentum. Idem cibus alias valetudinarios [illegible] lædit. Idem medicamentum hos curat, illos debilitat. [illegible] alios muniunt, alios impediunt. Eadem veſtis aliis tegumento, aliis implicamento. Sic & baptiſmus aliis va et ad regnum, aliis ad iudicium. *cont. Creſc. l.*4.*c.*23.

*D. Cyprianus.* Sicut panis communis, quem quotidie edimus, [illegible] ta eſt corporis: Ita panis iſte ſuperſubſtantialis, vita et [illegible] nitas mentis. *Serm. de Euchariſtia.*

*Quomodo* ad potandum vinum veniri non poteſt, niſi botrus calcetur ante & premetur Sic nec nos ſanguinem Chriſti poſſemus bibere, niſi Chriſtus calcatus prius fuiſſet, & preſſus, & calicem [illegible] biberet, quem credentibus propinaret. *Lib.*1.*Epiſt. ad Cæcil.*

*Quemadmodum* grana multa in vnum collecta, & commolita commixta, vnum panem faciunt: Sic in Chriſto, qui eſt panis cœleſtis, ſciamus vnum eſſe corpus, cui coniunctus ſit noſter numerus adunatus, *Lib.*1 *Epiſt.*

*Mercator dum* quicquam emit, & iam aliquod pignus recepit, metſi merces ſuas nondum habeat, eas tamen habere ſe [illegible] Deus ſuam gloriam nobis promiſit in pignus, interim & [illegible] um in euchariſtia dedit *De ſing. cleric.*

*Non ſic in ſacramento* ſalutari delictorum contagia, vt in lauacro carnali & ſeculari, ſordes cutis & corporis abluuntur, vt & [illegible] nitris & cæteris quoq; adiumentis, & dolio & piſcina opus ſit, quibus ablui & mundari corpuſculum poſſit. Aliter pectus credentis [illegible] tur, aliter mens hominis per fidei merita mundatur. In ſacramentis ſalutaribus neceſſitate, & Deo indulgentiam ſuam largiente, [illegible] credentibus conferunt diuina compendia. *Libr.*4. *Epiſt. ad Magnum.*

*Bertrami.* Conſideremus fontem ſacri baptiſmatis, qui fons vitæ non immerito nuncupatur, quia deſcendentes in ſe [illegible] lioris vitæ nouitate reformat, & de peccato mortuis viuentes [illegible] tiæ donat. Num ſecundum quod aqua conſpicitur eſſe elementum, iſtam potentiam obtinet? attamen niſi ſanctificationis [illegible] tutem obtineret, labem vitiorum nequaquam diluere poſſet.

...vitæ contineret, nullo modo mortuis vitam præſtare ... mortuis autem non carne, ſed anima. In eo tamen fonte ...tur ſolummodo quod corporeus aſpicit ſenſus. elemen... conſpicitur corruptioni ſubiectum, nec niſi corpora ...potentiam obtinere: Sed acceſſit. S. Spiritus per ſacerdotis ...onem virtus, & efficax facta eſt non ſolum corpora, verũ ...mas diluere, & ſpirituales ſordes ſpirituali potentia dimo ... in vno eodemq; elemento duo videmus ineſſe ſibi reſi... eſt, corruptioni ſubiacens incorruptionem præſtare, & vi... habens vitam contribuere. Cognoſcitur ergo in iſto fon... quod corporis ſenſus attingat, & idcirco mutabile atq; ...bile corruptile: & rurſus ineſſe quod fides ſola conſpiciat, nec corrumpi poſſe, nec vitæ diſcrimen accipere. Si requi... ſuperficie tenus lauat, elementum eſt: ſi vero perpendas ...ius purgat virtus vitalis eſt, virtus ſanctificationis, virtus ...alitatis. Igitur in proprietate humor corruptibilis, in my... virtus ſanabilis.

*...Iuſtiniani patriarchæ.* Conſueuerunt laborantes in a... vineis poſt ſudores operis, meridiani æſtus ardorem decli... petere, atq; virentia prata eligere: quatenus in ipſo... & amœnitate reſidentes feſſo corpori iucundius ciba...ſtrent. Habent etiam naturæ hoc proprium, vt poſt ſeda...ſtates, poſt ſulcata per tempus prolixum æquora quærant ... ſolicite perluſtrent littora, in quibus deſcendant, nauem ... reſarciant, atque quicquid venuſtate corruptum, aut ... diſſipatum eſt, reſtaurent, quatenus iterum flante proſpe... marinis ſe fluctibus tradant. Campi quoq;, & exercitu... aduerſus hoſtes viſibiles dimicare, diſponunt tento... ſpecialia deputant loca: in quibus pro reſumendis ... pro ſupplendis neceſſitatibus, ſeu medendi cauſa accedere ...bellatores. Sic quippe dux noſter, ſic ſpiritualium militum ...ſsimus rex Chriſtus, certantibus in hoc ſpirttuali & inuiſibili ...militantis Eccleſiæ, ſpiritualia quædam ordinauit munita ... ad quæ pugnantes confugiant: vt in illis reſumptis viribus, ... vulneribus, iterum in campum redeant acrius bellaturi, ... tutiſſima & inexpugnabilia loca, à Domino Ieſu eius ... militibus, ad refocillanda, & corda ad detergenda animæ vul... ſunt ſacramenta. Per hæc namq; datur lapſis requi... robur, formidoloſis audacia, & ſemel proſtratis fidu... *De diſciplina & perfect. monſt. cap.* 19.

...*Sacramentum* hoc tanquam cellarium quoddam omnium ..., in ſe continens precioſitatem & virtutem. In ipſum qui ...tur, refocillantur ab omni fatigatione: nec deficiunt, do... vitæ terminus finiatur. Eſt etiam myſterium hoc ... arbor virentibus referta foliis, ſub quam quicunque ... laborantes & peregrinantes, proteguntur in ipſius vmbra... diei æſtu: à turbine quoq; & pluuia.* *De diſcipl. & perfect.* ... *c.* 19.

*...* Vt optima remedia maxime perniciem adferunt, ... ſumantur: Ita Chriſti ſacramenta ſalutaria recte ſumenti... indigne accipientibus. *in ſimil.*

# Sacrificium.

## DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Sacrificium, Græce θυσία, ας, ἡ, & θύω, macto, ſacrifico dicitur. Hebr. victima *Zibchah*, à verbo *Zabach*, Sacrificauit, iugulauit, mactauit ad ſacrificandum, victimam immolauit. Cognationem ... cum *Tabach*, mactauit pecudes *Nizbbach*, ara, altare. Sex ge... ſacrificiorum legalium deſcribit luculenter Etymologicon tri... Lugdunenſe, *pag.* 690. 691. 692. 693. 694. 695.

Eſt autem ſacrificium proprie aliquid factum in honorem debi... ſoli Deo ad eum placandum. *B. Thom. ſecund. Secundæ qu.* ... *art.* 4.

Sacrificium & oblatio differunt. Quia oblatio eſt omne quod ex...betur in cultu Dei Sacrificium, ſi inde fiet aliquod ſacrum conſu...mendum. *Ex 2. Thom. ſec. Sec. q.* 85.

Sacrifico ex ſacrificio venit, quod ita differt à lito, vt ſacrificare ... veniam petere: litare vero propitiare & votum impetrare. Plaut. *... hercle iſthuc vnquam factum eſt, tum me Iupiter faciat vt ſem... per ſacrificem, nunquam litem*: Iſta tamen ſæpe confunduntur, & v...trumque ſumitur pro ſacrum facere. A ſacrifico venit ſacrificulus, ... ſacrorum.

## LOCI BIBLICI.

Sacrificandi ritus, *Leuit.* 1. 2. Deo non vbique ſacrificandum, *Deut.* 12. 5.

Sacrificium quale eſſe debet, *Exod.* 29. 38. *Leuit.* 1. 3. & 3. 1. & 22. v. 3. 20. *Num.* 28. 3. *Deut.* 15. 21. & 17. 1. *Eccleſiaſt.* 35. 14. *Ezech.* 43. 23. *Malach.* 1. v. 8. 14. Sacrificium matutinum & veſpertinum. *Exod.* 29. v. 38 59. *Num.* 28. 4. 1. *Eſdr.* 3. 3. ſacrificium pacificum, *Leu.* 5. 1. & 7. v. 11. 12. 13. ſacrificium pro peccato. *Exod.* 28. 35. *Leu.* 7. 2. *Num.* 28. 22. ſacrificium quando ſpernat Deus, *Pſalm.* 51. 18. ſacrificium laudis, Deo gratiſſimum, 50. 14. & 69. v. 31. 32. & 107. 22. *Oſe*, 14. 3. *Hebr.* 13. 15. ſacrificium verum & Deo acceptiſſimum, *Prou.* 21. 3, *Mich.* 6. v. 6. 7. ſacrificium fidelium, *Rom.* 12. 1. *Phil.* 2. 12. *Heb.* 13. v. 15. 16. 1. *Pet.* 1. 5.

Sacrificii lex, *Leu.* 6. 14. *Deut.* 18. 3.

Sacrificio manus imponenda, *Leu.* 1. 4. ſacrificio miſericordia potior, *Oſe.* 6. 6. *Matth.* 9. 13, & 12. 7. ſacrificio dilectio maior, *Marc.* 2. 39.

Sacrificia ad quid inſtituta, *Heb.* 10. v. 3. ſacrificia cum ſale, *Leuit* 2. 13. *Marc.* 9. 49. ſacrificia priuata à Deo prohibita, 17. v. 3, 4. ſacrificia igni cœleſti conſumpta, *Gen.* 4. 4. & 8. 20. & 15. 17. *Leuit.* 9. 24, *Iudic.* 6. 21. & 13. 19. 1. *Regum* 18. 38. 1. *Paralipp.* 21. v. 26. 2. *Paralippo.* 7. 1. 1. *Maccab.* 1. 22. & 2. 10. ſacrificia quomodo à Deo reſpuantur, *Pſalm.* 40. 7. & 50. v. 9. *Eſai.* 1. 11. *Ierem.* 7. 21. *Malach.* 2. 12. *Matth.* 9. 13. & 11. 7. *Hebræor.* 10. v. 56. ſacrificia carnalium ſubſannantur, *Oſe.* 5. 6. ſacrificia fidelium, *Pſalm.* 51 18 *Malach.* 3. 16. Iudæorum polluta, *Agg.* 2. 13 ſacrificia quæ requirat Dominus, *Mich.* 6. 6. Sacrificia veteris Legis reiicit Deus, *Pſ.* 50. 8. *Ier.* 6. 20. *Mala ch.* Sacrificia expiatoria non habuerunt vim purificandi, alioquin deſiiſſent offerri *Hebr.* 10. v. 1. 2. Dicuntur tamen expiare, *Leu.* 16. 30. non ipſorum ſymbolorum, ſed vnicæ illius futuræ Chriſti oblationis reſpectu, quæ per illa quotannis, atque adeo ſingulis diebus per omnes ceremonias adumbratur.

Sacrificiorum & oblationum vocabula metaphorice à Paulo vſurpata, ſignificant ipſos fideles, Deo deuotos, quicquid eſt infidelibus, vel proficiſcitur à fidelibus, Deo gratum, & eorum fides ac bona opera, vt *Rom.* 12. 1 & 13. 16. *Phil.* 2. 17. & 4. 18. 1. *Pet.* 2. 5.

## PHILOSOPHORVM DICTA.

Ouid. Epiſt. 19.

*Non boue mactato cœleſtia numina gaudent,*
*Sed quæ præſtanda eſt & ſine teſte fides.*

Perſius 2. Satyra,

*O curuæ in terris animæ, & cœleſtium inanes:*
*Quid iuuat hoc templis noſtros immittere mores,*
*Et bona Diis ex hac ſcelerata ducere pulpa:*

Plaut. Rud. prolog.

*Atque hoc ſceleſti illi in animum inducunt ſuum,*
*Iouem ſe placare donis hoſtiis.*
*Et operam & ſumptum pardunt: ideo fit, quia*
*Nihil ei acceptum eſt à periuris ſupplicii.*

Ouid. 2. Triſt.

*Sed tamen vt fuſe taurorum ſanguine centum,*
*Sic capitur minimo thuris honore Deus.*

Hor. Oda. 23. lib. 3.

*Te nihil attinet*
*Tentare multa cæde bidentium,*
*Paruos coronantem marino*
*Rore Deos fragilique myrto:*
*Immunis aram ſi tetigit manus,*
*Non ſumptuoſa blandior hoſtia*
*Mollibus auerſos Penates,*
*Farre pio, & ſaliente mica.*

Silius Italicus lib. 4.

*Iuſta ita precari*
*Thure pio, cæduque feros auertite ritus,*
*Mite, & cognatum eſt homini Deus.*

Stat. lib. 1. Sil. 4.

*Qua nunc tibi pauper acerra*
*Digna litem? nec ſi vacuet Meuania valles,*
*Aut præſtant niueos Clitumna noualia tauros,*
*Sufficiam, ſed ſæpe Deis hos inter honores*
*Ceſpes, & exiguo placuerunt farra ſalino.*

Ouid. 5. Faſt.

*Nos quoque tangit honos: feſtis gaudemus, & aris,*
*Turbaque cæleſtes ambitioſa ſumus.*
*Sæpe Deos reliquis peccando fecit iniquos,*
*Et pro delictis hoſtia blanda fuit.*
*Sæpe Iouem vidi- cum iam ſua mittere vellet*
*Fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.*
*At ſi negligitur, magnis iniuria pœnis*
*Soluitur & iuſtum præterit ira modum,*
*Reſpice Teſtiadem, flammis abſentibus arſit.*
*Cauſa eſt, quod Phœbes ara ſine igne fuit,*
*Reſpice Tantalidem, eadem Dea tela tenebat,*
*Virgo eſt, & ſprotes bis tamen vlta focos,*
*Hippolyte infelix velles coluiſſe Dionem*
*Cum conſternatis diripereris equis.*

Silius 12. Bell pũn

*Dii vota, preceſque*
*Ferte modo, & tepidos aris libato cruores.*
*Neu date*

Non

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN